Fragmentarium

[Sy]monem petrum. & dicit
ei petrus. Dn̄e. tu michi
lauaſ pedeſ? Reſpondit
ih̄c. & dixit ei. Quod ego
facio tu neſciſ modo. ſcieſ
autem poſtea. Dicit ei pe
trus. Non lauabiſ michi
pedeſ ineternum. Reſpon
dit ei ih̄c. Si non lauero te.
n̄ habebiſ partē mecū. Di
cit ei ſymon petrus. Dn̄e
n̄ tantum pedeſ meoſ. ſed
& manuſ & caput. Dicit
ei ih̄c. Qui lotuſ ē non in
diget niſi ut pedeſ lauet.
ſed ē munduſ totuſ. Et uoſ
mundi eſtiſ. ſed non om̄s.
Sciebat enī quiſnam eſſet
qui traderet eum. ꝓpterea
dixit. n̄ eſtiſ mundi omneſ.
Poſtquā ergo lauit pedeſ eoꝝ.
& accepit ueſtimenta ſua.
cū recubuiſſet iterū dixit
eiſ. Scitiſ quid fecerī uobiſ?

di[citis me magister et domin]e benedicitiſ. Sum
etenim. Si ergo ego laui
ueſtroſ pedeſ dn̄ſ & magiſter.
& uoſ debetiſ alter alteriuſ
lauare pedes. Exemplum
enī dedi uobiſ. ut quem ad
modum ego feci uobiſ. ita
& uoſ faciatiſ. Amen amen
dico uobiſ. non ē ſeruus
maioꝝ dn̄o ſuo. neq; apl̄s
maioꝝ eo qui miſit illum.
Si hec ſcitiſ. beati eritiſ ſi
feceritiſ ea. Non de omnib;
uobiſ dico. ego ſcio quos
elegerim. Sed ut adimple
atur ſcriptura. qui man
ducat meum panem. leua
bit contra me calcaneum
ſuum. Amodo dico uobiſ
priuſquā fiat. ut credatiſ
cū factum fuerit. quia ego
ſum. Amen amen dico uob;.
qui accipit ſi quē miſero.
me accipit. Qui autem me

License: public_domain – Brugge, Bisschoppelijk Archief Brugge, C516, 1, fol. [1]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-lfsg/10670/77592)